



Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

§.3. Simili modo nos & botros esse, & in afflictionum torculari, premi & calcari debere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

parvulorum pignorum pietatem , parentes vociferantes & mittentes pulverem in capita sua , conjuges avulsis crinibus facies suas dilacerantes . Sed illi hac omnia (subdit) tanquam ebrij non videbant , nec agnoscebant suos .

Et sanè rem istam hujus sæculi sensu pensando ; annos ebrius & musto plenus erat S. Andreas , dum quasi alienatus sensibus , crucem quam homines ita exhorrent , veluti sparsam speciosissimam ac desideratissimam amplexabatur ? Non musto plenus S. Laurentius , dum in ipso positus ardore & horrore supplicij , ludibundus tyranno insultat , atq; (ut Tmct. 27. in nominatim de eo S. Augustinus) tanquam illo calice ebrium , Joann.

tortmenta non sentit .

Verum de his quoque , qui citra martyrium , pro amore Christi hujus vita aspera dilexere , idem S. Pater in sermone antea citato ita loquitur : *Hoc itaque musto spirituale & nimis inebriata & penitus commutata , abstinentiam delicijs & giliis dulcibus somnis , paupertatem divitij anteponunt .*

Serm: 189. cit.

cap: 2. proinde meritò S. Bonaventura in Incendio Amoris , statim animæ ebrietatem describens , eam dicat in eo constere ; quod quis tanto amore diligat Deum , ut non solum fastidiat omne solatum terrenum , sed etiam deleatur & querat tormenta pro solatio ; & amore illius quem diligit , delatur in pénis , opprobrijs & flagellis .

¶. 3.

Simili modo nos & botros esse , & in afflictionum torculari premi & calcari debere .

Verum tamen , uti Salvator noster botrus fuit , quo in passionum torculari presso atque calcato , nobis praecarus calix profluxit , ad robur animæ ac delicias spirituale : ita nos vicissim & botri esse , & adverstitatum ac passionum prælo comprimi , & de nobis Christo merum suave , gratias pocula scilicet præbere debemus . Sic enim etiam dilectus

S. Au-

S. Augustinus; omnes quidem homines in hac vita, botrum instar, in torcularibus & temptationum pressuris esse; sed præcipue electos Dei, de quibus quodam loco ita loquitur: *Sic sunt & homines, quos prædestinavit ante secula conformes fieri imaginis Filii sui; qui præcipue in passione magnus betrux expressus est.* Quem etiam dum alibi ait primum botrum in passione expressum fuisse; aperie indicat, etiam reliquos ejusdem vinea spiritalis minores botros, eidem prælo subiiciendos, eodem torculari premendos; quod mox expressius ex eodem S. Augustino dicemus. In quam itidem sententiam S. Cyprianus ad SS. Martyres & Confessores in vinculis distentos scribens, eos hujusmodi oratione solatur: *Vos de Domini vinea pingues racemi, & jam matutinis fructibus botri, pressura secularis infestatione calcati, torcular vestrum carcere torquentे sentitis; vini vice sanguinem funditis.* Quibus quidem ad id alludi videtur, quod Christus ipse suis denunciavit discipulis: *In mundo pressuram habebitis; quod utiq; uvarum proprium est, inter angustias torcularis occupatarum.*

Quapropter etiam veteres nonnulli Cantico-rum interpretes (& nominatim Honorius apud Delrio) ad illa verba capituli 7. *Statuta tua assimilata est palma, & ubera tua botri;* botrorum nomine sanctos Martyres intelligunt, qui veluti botri pressi sunt multis passionibus: adduntque per pulchrem Virginis Dei Matris ubera, eò recte botris assimilari; quod non minus ipsa meruerit fundendo lac de ueribus ad filij sui nutrimentum, quam SS. Martyres meruerint fundendo pro Christi sanguine suum: ob magnam scilicet charitatem, quam Virgo beatissima maternum id munus exequebatur. Quicunq; igitur ad vitam illam Evangelicam, hoc est, ad ipsum Christum, pertinemus, non modo nos illius palmites, sed & botros esse existimabimus, eoque nomine nos tanquam prælo atque pressuræ destinatos; multis

In pf. 83.

Ep. 16.

3 ann. 16.

Joann. 4.

582 *Pars IV. Exercitationes ad patientiam*
multis inquam temptationibus, vexationibus, angustijs
mendos & conculcandos, continuè meminerimus: utim
dò magis explicabitur.

§. 40

*Commentationis jam propositæ fructus nonnulli
colliguntur.*

Nunc verò, mi Lector, ne ab hac quasi vindemia, nullo
gustato aut percepto fructu discedas; paucula hec hil-
ris patientiæ præcepta, ex haec tenus dictis pro more nostro
decerpta, in usus tuos familiares aecipe.

Primum: Ubi istam persuasionem imbibitis animo,
nihil causa jam fore, quod percellaris aut comis olearis al-
modum, si forte te vexent, affligant ac conculecent homines
aut si varijs casib[us] temptationibusve pressuris: quasi noris
liquid (ut in re simili loquitur Apostolus Petrus) sive pa-
grinum aut insolens quiddam tibi contingat. Hoc enim
jam, si non expetere, at saltem expectare debueras. Quippe
qui ad hoc Christianus factus sis, & ad hoc præfertim divino
dedicatus obsequio, ut ipsius Christi primi ac magni boni
exemplo, instar dulcis uvae, varijs pressuris vixeris, atque
in liquorem Domino suavem vertaris.

Qua de re audi egregiè philosphantem S. Augustinum,
dum scilicet in psalmum 55. scribens, & in primis illius ver-
bis: *Miserere mei DEUS, quoniam conculeavit me homo; ro-*
cem hominis Christiani in torculari positi, & in ipsa prella-
ra aut calcatura ingemiscens agnoscens: Noli timere (in-
quit) quia conculeavit te homo. Vinum habeo: uas actuum;
ut calceris. Et post pauca: *si putas te non habere tribulati-*
nem, nondum capisti esse Christianus. Ingressus es torculari;
prapare ad pressuram, &c. Atque mox eundem animo
orem factum conspicens, atque audiens jam cantantem:
Non timebo quid faciat mihi homo: Tu paulò ante dixisti (in-
fit)